

*Cælos firmasti, veritas tua in eis.* ] Ebr. est *תְּכַן אֱמִירָתְךָ בְּשָׁמַיִם*: quod variè legitur. Græc. dictio. nem *Cælos*, præcedenibus sic iungit: *Miseri coram aedificatur in cælis.* Alij sic: *Cælos stabiles, veritas tua in eis.* Sunt qui sic legant: *In cælis fidem tuam constituisti.* Pagnin. sic: *In cælis firmabis veritatem tuam.* Hieron. *Cælos fundabis, veritas tua in eis.* Augustin. Iustin. sic: *Cæli, concinnabis veritatem tuam in eis.* Hanc diuersitatem dictio *תְּכַן* parit, quæ aliquando *fundare*, aliquando *parare*, *ordinare*, *disponere*, *constituere*, quandoq; *firmare* & *stabilire* significat. Deinde, quoniam inter *שָׁמַיִם*: id est, *Cælos*, & *אֱמִירָתְךָ*: id est, *fides tua*, posita est, fit, vt ab alijs ad *Cælos* *אֱמִירָתְךָ*, ab alijs ad sequentem dictionem *אֱמִירָתְךָ* applicetur. Posset totus hic versus etiam sic legi: *Si dixerit Mundus, bonitate Domini aedificatus est: si cælos, stabiluisti fidem tuam in eis.*

EXPLA-  
NATIO.  
Vers. 1.

*Bonitatem Domini in æternum cantabo.* ] Habet hic versus propositionem Prophetæ, qua se bonitatem ac fidem Domini non semel tantum atq; iterum, sed perpetuo cantaturum, alijsq; declaraturum pollicetur: quæ propositio verè est animi ad laudandum Deum vsque adeo inardentis, vt non sit contentus bonitatem Dei per seipsum ore suo decantasse, nisi huius cognitionem etiam apud alios prouehat. Ideo non solum dicit, *Bonitatem Domini in æternum cantabo*: sed vt exponat, quo sit hoc facturus animo, addit: *Notam faciam fidem tuam ore meo.* Quibus? *Generationsi & generationi.* Quantum in me est, inquit, cantico meo efficiam, vt non præsentimodò generationi, sed & vniuersis ex ordine subsequen- tibus bonitas & fides Domini innotescant. Hoc scilicet est cantici huius propositum. Et ad affectus huius ardorem exprimendum etiam hoc facit, quod per apostrophen mutata persona dixit: *Notam faciam fidem tuam.* sicut & illud quod subdidit, dicens: *Ore meo*: quasi significans, os suum ad hoc se consecrasset, vt laudem Domini decantaret, & bonitatem ac fidem eius generationi & generationi annunciaret ac manifestaret. Adiungit autem *bonitati fidem*, vel, vt alij quidam reddunt *veritatem*: quæ nihil hinc est aliud, quam constantia bonitatis, qua fit vt perpetuo bene velit illis, quos bonitate sua complexus est. Meminit verò huius præcipue propter fœderis cum Dauidè initi commemoratio- nem, quam hoc Psalmo facturus est. Nisi enim fides sit, non poterit vllum fœdus consistere.

Vers. 2.

*Quoniam dixi.* Veluti rationem hoc versu reddit, quid de bonitate ac fide Domini decantare, ac posteris notum facere cupiat. ] *Quoniam dixi*, inquit: id est, *Quoniam hoc sentio, cogito & dico*, celebrare & prædicare, quod *bonitas tua in sempiternum aedificatur*: id est, firmatur & stabilitur: & quod *cæli, quos firmasti, fidei tue constantia perstant.* *Bonitati* igitur ac *fidei Dei* hoc versu *perpetuitatem* adscribit: quod non solum dictione *אֱמִירָתְךָ*, quæ *æternitatem* significat, sed & *aedificandi* verbo exprimere voluit.

OBS. 1.

*Bonitatem Domini.* ] Principio notandum est, quod Prophetæ, cum tam multa in Deo admiranda sint planè & deprædicanda, mox tamen Psalms huius initio bonitatem Dei celebrandam sibi desumpsit. Non est hoc præter rationem factum. Omnium enim eorum quæ cum mortalibus à Deo verè admiranda & stupenda aguntur, fons quidam est infinita illius bonitas. Huic debemus omnia quibus fruimur. Seruiant huic dilectio, beneuolentia, gratia, sapientia, prouidentia, iustitia & poten- tia Dei, quarum omnium illa moderatrix quædam est & gubernatrix. Quod enim nos diligit, gratia ac beneficentia sua prosequitur, sapientia, prouidentia & potentia sua gubernat ac protegit, quod cum peccatores simus iustitia sua non confestim perdit: non poterit quicquam aliam assignare causam, præter vnam hanc bonitatem illius, quam Prophetæ hinc non frustra statim principio Psalms ex- tollere ac celebrare proponit.

OBS. 2.

*Cantabo in æternum.* ] Obseruandum est, quod non dicit, *Bonitatem Domini loquar*: vel, *narrabo*: sed, *cantabo*. Habet diuinæ bonitatis celebratio adiunctam sibi piæ mentis lætitiæ & exultationem quæ non potest melius effundi quam cantico: vt non simpliciter dicatur, quam bonus & fidelis sit Deus, sed effusissima cordis exultatione & delectatione cantetur. Habet etiam suauitas illa, & exultantis animi exuberantia, quæ cantando auditorum auribus infunditur, admirabilem quandam mouendorum affectuum energiam: vt non frustra inditum sit hoc pijs mentibus Spiritus S. consilium, vt mirabilia Dei populo illius inculcanda canticis ad hoc compositis, complecti & memoriæ mandare, decantandaq; proponere voluerint. Simul & hoc notandum est, quod non est præsentimodò bonitatem Dei celebrasse contentus, nisi & in futurum se, imò in sempiternum quoq; decantaturum illam polliceatur. Sic solet animus zelo laudandæ diuinæ bonitatis accensus. Væ nostro torpori ac frigori. Vix vltra vnam & alteram cantionculam in laude Dei durare possumus.

OBS. 3.

*Notam faciam fidem tuam.* ] Videmus hinc, quam non sit contentus pius animus, quod ipse diuinæ fidei cognitione ac sensu præditus est, nisi hanc etiam alijs notam faciat. Scientia hæc diuinæ bonitatis ac fidei, cum merito omnium sit scientiarum vocanda scientia, ac supremæ sapientiæ loco ducenda, proq; infinito quodam ac preciosissimo thesauro habenda: omnino tamen ab arrogantia & inuidentiæ spiritu libera est, quo seculi huius scientiæ mortalium animos plerunq; inflatos reddunt ac polluunt. Bonum hoc quantum est diuinus, tantum natura sua gliscit esse communius. Societatem & communicationem amat hic thesaurus. Hinc datum est à Deo prædicandæ huius sapientiæ munus, & spiritualium cantionum vsus obtinuit in Ecclesia.

OBS. 4.

*Generationsi & generationi.* ] Obseruandum & hoc est, quod non solum præsentis suæ ætatis, sed & sequentium rationem habet, cognitionem hanc bonitatis ac fidei Dei ad vniuersam omnium subsequen- tium seculorum posteritatem prouehere cupiens. Nouit enim spiritus iste propheticus, quam cito illa in mortalium animis euanescat, nisi perpetua quadam refractione renouetur. Est autem omnium iustissimum, vt sicut bonitas Dei perpetua quadam serie cunctas generationes complectitur: ita & cognitio ac deprædicatio illius, non ad præsentem modò sed & ad posteras ætates propa- getur. Quo igitur spiritu abducti sunt, qui Ecclesiæ Christi intelligibilem psallendi & cantandi vsum ademerunt, & peregrinum ac incognitum induxerunt? Seruiat igitur generatio generationi, præ- cedens succedenti, in propaganda hac diuinæ bonitatis cognitione. Inueniant posteri nostri in Ec- clesia

Hac de re &  
suprà Psalm.  
78. dictū est.

... diuinæ laud  
... post se relin  
... reliquerint, m  
... presentem in  
... ratione diuin  
... in ætern  
... a  
... de nulla a  
... cum in se sit  
... non fuerunt  
... verò Dei  
... gitor cog  
... in seipsa. sed  
... in Eccle  
... perpetuo con  
... qu  
... cælorum  
... Non est  
... cælestia,  
... quod cæle  
... corrupt  
... spiritus  
... sum  
... propon  
... id  
... prædicat  
... inducamu  
... obnox  
... spiritua  
... De  
... quæ in  
... efficiant

... Percussit fœd  
... in ætern  
... fidem tuam.  
... fœdus cum  
... Græcus red  
... electi. Ve  
... discrimis  
... Duobus hinc ver  
... precedentibus de  
... Signif  
... munitum  
... iuran  
... fidei firm  
... simplicit  
... gratiam &  
... caperat  
... in æternum stab  
... subiung  
... quod videl  
... vtr  
... fœdus n  
... Sam. 7. ac  
... suscitabo  
... domum n  
... erit domu  
... Hæc in or  
... huius argu  
... 1. E.  
... mortali, po  
... felicis  
... memor est  
... illi coniu